ab Imperio aut regno suo velle pellere, magnamque religionem sedibus ever-
tere eradicare exstirpare. Iniuriam hominum perditorum Suecorum scilicet
Imperio illatas, sive potius Germaniae turbatam tranquillitatem quam illi
defoedarunt. Edictum autem tunc finito bello Bohemico promulgarat
per universum imperium, ut fundationes omnes Monasteria Episcopatus, archie-
piscopatus omnes quorum Catholici ante pacifica possessione fruebantur
postea vero iniustis deturbati modis restituerentur, sed haec restitutio
durior tum alijs Principibus et ipsi regi Sueciae quam iniustior vide-
batur; cum et eorum rapinis status ex illis bonis coaluisset. Itaque
positis armis cum tum pace Ratisbonae cum conspexisset suosque Suecos
exarmari iussisset, nihil ultra expectasset. Hic tibi nescio qua macchi-
natione inductus subsidio suffultus Suecus Germaniam ingreditur, in
qua tantos et eos fecit progressus, exterminia ruinas, quas hodie mor-
talium nemo nescit. Iam religiosissimus autem tum Provincijs imperij
magna ex parte fidem Catholicam, fidei templa, ac Coenobia Coenobijs
templisque clerum suum, Clero bona sustentationi necessaria ipsam denique
Ecclesiam Germanicam Christo sponso suo asseruerat, iam ritus Ecclesiasticos
splendori suo, Antistites desertis sedibus, et animas innumeras erroribus
ereptas auctori religionis Deo restituerat iam ad academias